γ. Flosculosi T.
Chrysocome. *Linosyris* Mg.
Eupatorium.
Sphærocephalus. *Echinopus* T.
Santolina.
Vebesina. *Bidens* T. Pn.
Forbicina Pn.
Carlina.
Xeranthemum T. *Stœbe* Rv.
Serratula D.
Carthamus.
Carduus.
Cinara.
Arctium. *Lappa* T.
Cnicus.
Petasites.
Klenia †. *An Tithymaloides* B.

DIANDRIA.

α. Radio petal. destituto.
Artemisia.
Absinthium.
Abrotanum.
Filago.
Ananthocyclus V.
Tanacetum T.
Baccharis D.
Senecio.

β. Radiati T. calice semigloboso.
Achillea. *Millefolium* T.
Ptarmica T.
Anthemis. *Chamæmelum* T.
Buphthalmum.
Matricaria.
Bellis.
Leucanthemum.
Chrysanthemum.
Cotula.

γ. Radiati T. calice ventricoso.
Calendula. *Caltha* T.
Dimorphotheca V.
Tussilago.
Doronicum.
Arnica Rp.
Solidago *Doria* D.
Virga aurea T.
Jacobæa.
Aster.
Amellus †.
Helenium. *Enula Camp.* Mg.
Erigerum. *Conyzoides* D.
Othonna. *Tagetes* T.

TRIANDRIA.

α. Radiati T.
Helianthus. *Corona Solis* T.
Rudbeckia. *Obeliscotheca* V.

β. Flosculosi T.
Jacea.
Cyanus.
Centaurium. *Cent. maj.* T.
Crupina D.

TETRANDRIA.

Parthenium. *Partheniastrum* D.
Milleria. Houst. apud Mr.

POLYGAMIA FRUSTRANEA.

PENTANDRIA.

Orchis.
Satyrium Rv.
Palmata Rv.
Satyrium.
Orchioides. Trew.
Neottia. *Corallorhiza* Rp.
Serapias. *Helleborine* T.
Herminium. *Monorchis* M.
Cypripedium. *Calceolus Mar.*
Epidendron †. G. *Orchidis aff.* Hr.
Ophris.
? *Nidus Avis* T.

HEXANDRIA.

Bermudiana.

DECANDRIA.

Nepenthes †.

POLYANDRIA.

Asclepias. *Vincetoxic.* Rp.
Beidalsar Kn.
Periploca.
Stisseria. *Crassa* Rv.
Passiflora. *Granadilla* T.
Murucuja. T.
Clutia B.

POLYGAMIA NECESSARIA.

PENTANDRIA.

Aristolochia.

HEXANDRIA.

Helicteres. Plk. *Isora* Pl.

DECANDRIA.

Grewia †. ? *Guidonia* B.
Arum T.
Dracunculus T.
Colocasia Rj.
Arisarum T.

POLYANDRIA.

Calla. *Anguina* Trew.
Arioides B.
Acorus VI: 1.

Ruppia *. *Bucca ferrea* M.

U. GYNANDRIA.

Stamina Pistillo adnata.

DIANDRIA.

Orchis.
Satyrium Rv.
Palmata Rv.
Satyrium.
Orchioides. Trew.
Neottia. *Corallorhiza* Rp.
Serapias. *Helleborine* T.
Herminium. *Monorchis* M.
Cypripedium. *Calceolus Mar.*
Epidendron †. G. *Orchidis aff.* Hr.
Ophris.
? *Nidus Avis* T.

TRIANDRIA.

Bermudiana.

TETRANDRIA.

Nepenthes †.

PENTANDRIA.

Asclepias. *Vincetoxic.* Rp.
Beidalsar Kn.
Periploca.
Stisseria. *Crassa* Rv.
Passiflora. *Granadilla* T.
Murucuja. T.
Clutia B.

HEXANDRIA.

Aristolochia.

DECANDRIA.

Helicteres. Plk. *Isora* Pl.

POLYANDRIA.

Grewia †. ? *Guidonia* B.
Arum T.
Dracunculus T.
Colocasia Rj.
Arisarum T.

Calla. *Anguina* Trew.
Arioides B.
Acorus VI: 1.

Ruppia *. *Bucca ferrea* M.

V. MONOECIA.

Plantæ Androgynæ.

MONAND. TRIAND. IVAND. VAND. POLYAND. Stamina plusquam 7. MONAD. POL. SYNGENESIA.

Zannichella M *. *Aponoget.* Pn.
Najas *. *Fluvialis* V.
Cynomorion M. *

Thalysia. *Mays* T.
Sphærium *. *Lacryma Jobi* T.
Ægilops. S. *
Ischœmum *. *Dactyloides.*
Carex. *Cypereides* T.
Scirpoides Mg. *Carex* Rp.
Diasperus. *Nituri* Mr.

Alnus.
Betula.
Buxus.
§. V. 4. *Urtica.*

Amaranthus.
Jatropha *. *Manihot* T.
Andrachne. *Telephioides.*
Oxydectes. *Ricinoides* T.

Ceratophyllum. *Dichotoph.* D.
Myriophyllum Pn.
Pentapterophyllum D.
Corylus.
Ostrya M.
Carpinus T. M.
Fagus.
Castanea *.
Quercus.
Ilex T.
Suber T.
Sagittaria Rp. D.
Sparganium.
Typha.

Pinus.
Abies.
Larix *
Thuya. *
Cedrus. *
Xanthium.

Ricinus.

Bryonia.
Momordica.
Sicyos. *Sicyoides* T.
Tamnus.
Luffa Arab.
Anguria.
Colocynthis.
Cucumis.
Melo.
Pepo.
Cucurbita.
Anguina M.

X. DIOECIA.

Pl. Mares & Feminæ.

IIAND. IIAND. IVAND. VIAND. VIIAND. IXAND. XAND. POL. MONAD. SYNG.

Salix.

Phœnix *. *Palma.*
Osyris. *Casia* T.

Morus.
Hippophaë *. *Rhamnoides* T.
Myrica. *Gale* A.
Urtica. V. 4.
§. V: 1. *Rham. Cervi Spina* D.

Lentiscus.
Toxicodendron.
Humulus. *Lupulus* T.
Cannabis. ♃. 10.
Spinacia.

Smilax.
§. VI: 3. *Rum. Acetosa.*

Populus.
Laurus.

Mercurialis.
Hydrocharis. *Morsus ranæ* D.

Sassafras †
Nyssa †. G. *Tupelo* Catb.
§. X: 3. *Cucub. Lychnis.*
§. ♃. 5. *Cann. Cannabina* T.

Papaya T. *
Aruncus. *Barba Capræ* T.
Kiggelaria †. *Arb. Ilicis folio* B.

Juniperus T.
Sabina Rp.
Taxus *.

Ruscus *.

Y. POLYGAMIA.

Species Hybridæ.

MONOECIA.

Veratrum. VI: 3
Valantia A. *. IV: 1
Holcus †. III: 2
Sorgum M. III: 2
Schœnanthum M. III: 2
Halimus * Mg. X: 2
Atriplex. V: 2
Parietaria. IV: 1

§. IV: 1. *Poterium* N: 2

DIOECIA.

Fraxinus T. Pn. II: 1
Ornus Pn. II: 1
Elichrysum. T: M.

§. X. 5. *Sedum. Rhodia.*

TRIOECIA.

Empetrum. III: 1

Z. CRYPTOGAMIA

Flores absconditi.

ARBORES.

Ficus. III: 1
Caprificus Pn.
Erinosyce Pn.

FILICES.

Equisetum.
Ophioglossum T.
Lunaria Rp.
Pteris. *Thilypteris* D.
Polypodium.
Lonchitis.
Hemionitis T.
Lingua Cervina T.
Adiantum.
Trichomanes.
Acrosticum †.
Muraria.

MUSCI.

Lycopodium D.
Selaginoides Rj.
Selago D
Lycopodioides Rj.
Fontinalis D.
Sphagnum D.
Mnium D. *Muscoides* V.
Hypnum D.
Bryum D.
Polytrichum D.
Jungermannia. *Hepatica* M.
Lichenastrum D.
Marchantia. *Lichen* D.
Marsilea. *Lunularia* M.
Lichen. *Lichenoides* D.

ALGÆ.

Fucus.
Ulva Rj.
Hydrophace Bx.
Lemna. *Lenticula* M.
Lenticularia M.
Chara Rj. *Hippuris* D.
Conferva Rj.

FUNGI.

Agaricus D.
Amanita D.
Boletus D.
Hydna. *Erinaceus* D.
Merulius B. *Morchella* D.
Elvela. *Fungoides* D.
Peziza D. *Cyathoides* M.
Coniplea. *Lycoperdon* T.
Lycoperdastrum M.
Geaster M.
Carpobolus M.
Byssus Rj.
Nostoc V.

LITHOPHYTA.

Spongia.
Badiaga Bx.
Isis. *Keratophyton* B.
Tubipora *Tubularia* T.
Cellepora †.
Millepora.
Madrepora.
Retipora.
Corallium.
Acetabulum.
Eschara.

OBSERVATIONES IN REGNUM VEGETABILE.

1. Omnem Plantam Fructificatione gaudere, docet in majoribus nuda autopsia; in minoribus, Filicibus nempe, Muscis, Algis & Fungis oculus armatus, ut testantur Clariss. Michelii, aliorumque observationes; nec ullam unquam Plantarum speciem Fructificatione carere posse, patet consideranti analogiam, usum, finem, structuram, creationem harum. Reliquæ autem Plantarum partes in multis deficiunt, ut Radix, Caulis, Folia, Fulcra; & tamen Vegetabilia sunt; uti Viscus, Lemna, Cuscuta, Tulipa.
2. Fundamentum Botanices consistit in Plantarum Divisione & Denominatione Systematica, Generica, & Specifica.
3. Botanicis paucissimis debetur nitor & certitudo Scientiæ, idque præcipue Auctoribus Systematicis, quorum exempla sequendo debemus continuare, excolere, ac perficere Divisionem Plantarum Systematicam (2).
4. Systematica Divisio Plantarum (3), pro basi assumere debet partem harum primariam; ergo Fructificationem (1), quam unicum esse Botanices fundamentum Systematicum confirmat Natura; adeoque pro absoluto fundamento demonstrari potest. Hinc recepta fuit à summis Systematicis, Botanices Fulcris & Conditoribus: *Cæsalpino*, *Morisono*, *Hermanno*, *Boerhaavio*, *Rajo*, *Sloaneo*, *Rivino*, *Knautiis*, *Ruppio*, *Tournefortio*, *Plumiero*, *Feuilleo*, *Dillenio*, *Buxbaumio*, *Michelio*, *Magnolio*, *Vaillantio*, *Scheuchzero*: & vix ab ullo Methodico, nostro imprimis tempore, negari potest, nisi forte à solo *Heistero*.
5. FRUCTIFICATIONIS *Partes* Universales duæ, *Flos* scilicet & *Fructus*: Particulares vero septem sunt, cum suis speciebus:

I. FLOS.
1. *Calix* Spec. 6. *Perianthium*, *Involucrum*, *Amentum*, *Spatha*, *Gluma*, *Calyptra*.
2. *Corolla* Spec. 2. *Petalum*, *Nectarium*.
3. *Stamina* Part. 2. *Filamentum*, *Anthera* (Apex vulgo).
4. *Pistilla* Part. 2. *Stylus*, *Stigma* (Summitas).

II. FRUCTUS.
5. *Pericarpium* Sp. 9. *Capsula*, *Conceptaculum*, *Siliqua*, *Legumen*, *Nux*, *Drupa*, *Pomum*, *Bacca*, *Strobilus*.
6. *Semina* Part. 3. *Seminulum*, *Corona*, *Floccus*.
7. *Receptaculum* Sp. 3. *Floris*, *Fructus*, *Fructificationis*.

6. Essentia Plantarum consistit in Fructificatione (1); *Fructificationis* in Flore & Fructu (5: I. II.); *Fructus* in Semine (5: 6.) *Floris* in Stamine (5: 3.) & Pistillo (5: 4.); *Staminis* in Anthera; *Pistilli* in Stigmate.
7. Fructum omnem antecedit Flos; *Floris* essentia consistit in Anthera & Stigmate (6), unde Methodum meam desumsi, cujus itaque robur à priori patet ex jam dictis (1-7).
8. Antheras & Stigmata (7) constituere Sexum Plantarum, à *Grewio*, *Rajo*, *Camerario*, *Morlando*, *Vaillantio*, *Blairio*, *Jussieo*, *Bradleyo*, *Royeno*, &c. detectum, descriptum & pro infallibili assumtum: nec ullum, apertis oculis considerantem cujuscunque plantæ Flores, latere potest: licet hic ob angustiam loci explicari nequeat. Negaturque nostro tempore vix ab ullo alio, nisi à solo *Pontedera*.
9. *Antheræ* sunt organa genitalia MASCULINA, quæ cum Farinam suam genitalem *Stigmati*, genitali FEMININO, inspergunt, fit *Fecundatio*; quam probant Observationes, Experimenta, Analogia, Anatomia, Antecedentia, Consequentia, Usus.
10. Flores itaque (9) qui Antheras habent, *Masculini*; qui Stigmata, *Feminini*; qui utraque simul, *Hermaphroditi* dicuntur.
11. Planta quæ Floribus Masculinis gaudet, *Mas*; quæ Femininis, *Femina*; quæ utrisque, *Androgyna*; quæ Hermaphroditis, *Hermaphrodita*; quæque Hermaphroditis & simul Masculinis vel Femininis, *Hybrida* dicitur.
12. Nullum Systema Plantarum Naturale, licet unum vel alterum propius accedat, adhucdum constructum est; nec ego heic Systema quoddam Naturale contendo (forte alia vice ejus Fragmenta exhibebo); neque Naturale construi potuit, antequam omnia, ad nostrum Systema pertinentia, notissima sint. Interim tamen Systemata artificialia, defectu Naturalis, omnino necessaria sunt.
13. Nulla Methodus Botanica, à Fructificatione Systematice desumta, adhuc constructa est, quæ non maximam præbuit utilitatem; nec nocuit ulla unquam, nisi quatenus ex assumtis principiis genera naturalia contra naturam dilaceravit, quod Nos scientes volentesve non commisimus.
14. Genus omne est naturale, in ipso primordio tale creatum: hinc pro lubitu & secundum cujuscunque theoriam non proterve discindendum, vel conglutinandum est.
15. Nomina Generica male constructa, quæque confusionem pariunt, Synonymis Veterum melioribus (paucis novis à me confectis) insignivi. Multa tamen adhuc minus congrua restant.
16. Nominum receptissimorum permutationem, maximam parere difficultatem, exercitatis diu in arte Viris, in confesso est: hinc non mutari deberent, si multitudo errantium errori pareret patrocinium. Neque auctor sum, ut ad mentem meam, seniores Botanici mutent nomina. Veniat tandem serus dies, quo nova & nostris accuratior Gens, per ordinem successionis ætatum, surgat, quam spondeo meam consideraturam fore theoriam, nominaque illa sæpius absurda, præcipue specifica expungat, de quibus in *Fundamentis* meis *Botanicis* Amstelodami nuper editis plura dixi.
17. Methodum meam difficultatem parere nimiam, hariolor Botanicos jam dicere, ad examinandas nempe partes has minimas Floris, vix nudis oculis conspicuas. *Respondeo:* quod si Microscopium, instrumentum maxime necessarium, quivis Curiosus secum habeat, quid plus opus? Ego tamen examinavi hos omnes Plantarum Flores nudo oculo, absque omni Microscopiorum usu. Ultima tamen Classis videtur à Creatore veluti exclusa à theoria Staminum, adeoque secundum numerum non descripsi. Negat enim Natura conjunctionem harum secundum Stamina; videsis Cl. *Michelii* opera.
18. Ne ordines nimis longi, adeoque difficiliores evaderent, eos subdivisionibus auxiliaribus à Fructificatione dispescui. Inter hos notabilis maxime est *Pentandria Monogynia*, ubi plantæ *Umbellatæ* recensentur, quas secundum methodum à Cl. *Artedio* in Umbelliferis excogitatam disposui. Fundamentum has distinguendi desumit ab involucro seu calice Umbellæ: Umbellasque omnes in tres ordines dispescit: 1m. continet plantas Umbellatas, quæ involucro omni carent. 2d., quæ involucro ad Umbellas tantum particulares gaudent. 3t., quæ involucro ad Umbellas universales & particulares instruuntur. Quæ Methodus in hac familia reliquis palmam præripit.
19. *Vires Vegetabilium* à Botanico, qua talis, dijudicantur secundum theoriam Artis vel Sensuum; hinc, qui utriusque signa intelligit, ille verè scit vires plantarum. Plantæ quæcunque Classe Naturali, adhuc magis Ordine N. sed maxime Genere N. conveniunt, etiam viribus propius accedunt. ex. gr.

TRIANDRIA, *Digynia.* α. β. folia armentis & jumentis læta pascua; semina minora avibus, majora hominibus vulgatissima sunt esculenta.
TETRANDRIA, *Monogynia* β. Stellatæ Rj. Adstringentes sunt, diureticæ vulgo dicuntur.
PENTANDRIA, *Monogynia* β. Asperifoliæ Rj. Adstringentes, glutinosæ & vulnerariæ sunt. ---- ---- κ. *Monopetalæ Bacciferæ*, maximam partem venenatæ sunt.
. . . . . *Digynia* γ. δ. ε. ζ. Umbellatæ T. in siccis locis aromaticæ, calefacientes, resolventes & carminativæ: in humidis autem venenatæ sunt; Radice & Seminibus pollent.
ICOSANDRIA *Baccifera*, *Drupifera* vel *Pomifera*; omnis hic fructus cum oblectamento edatur. POLYANDRIA autem omnis probe distinguenda, quæ sæpius venenata est.
DIDYNAMIA *Gymnospermia* odorata, cephalica & resolvens est: Folia virtute pollent. TETRADYNAMIA omnis antiscorbutica & diuretica est: exsiccatione amittit vires.
DIADELPHIA folia Pecoribus; semina Quadrupedibus (non feris) esculenta & flatulenta sunt. MONADELPHIA mucilaginosa & emolliens est.
SYNGENESIA amaras continet & stomachicas. GYNANDRIA autem aphrodisiacas. CRYPTOGAMIA vegetabilia sæpe suspecta includit.

Sensus externi sunt examinatores Diætetici omnis cibi ingerendi, quibus Bona à malis distinguuntur, à Creatore omni animali pro diversitate naturæ, diversi concessi.

SAPIDA. *Dulcia* nutriunt; *Pinguia* emolliunt; *Salsa* stimulant; *Acida* refrigerant; *Austera* adstringunt; *Amara* alcalina, *Acria* corrosiva, *Nauseosa* venenata sunt.
ODORATA. *Suavia* salutaria, *Suavissima* cardiaca, *Aromatica* resolventia, *Hircina* aphrodisiaca, *Ingrata* suspecta, *Nauseosa* venenata alunt.
COLOR *ruber* ubicunque acidum indicat, *luridus* & Aspectus totius plantæ *tristis* suspectas reddit plantas.

20. *Ranunculi* nota essentialis consistit in petalis ad ungues interius excavatis pro melle; reliquæ partes Fructificationis omnes ludunt, idque patet consideranti.

OBSERVATIONES IN REGNUM ANIMALE.

1. Zoologia, pars illa Historiæ Naturalis Nobilissima, longe minus exculta est, quam duæ reliquæ ejus partes. Si tamen vel motum, vel mechanismum, vel sensus externos internosque, vel denique figuram Animalium, cæteris præstantiorem, respiciamus, omnibus in aprico erit, Animalia esse summa & perfectissima Creatoris opera.
2. Si Zoologias Auctorum sub examen revocemus, maximam partem nihil nisi narrationes fabulosas, diffusum scribendi modum, Chalcographorum Icones & Descriptiones imperfectas, ac sæpe nimis extensas, inveniamus. Paucissimi vero sunt, qui Zoologiam in Genera & Species secundum leges Systematicas redigere tentarunt, si Nobiliss. *Willughbejum* & Clariss. *Rajum* excipiamus.
3. Hinc Observationibus, quas unquam propria autopsia obtinere potuerim adjutus, Systema quoddam Zoologiæ conscribere cœpi, quod heic Tibi sisto Illustris Lector. In *Tetrapodologia* Ordines Animalium à Dentibus; in *Ornithologia* à figura Rostri; In *Entomologia* ab Antennis & Alis &c. inprimis desumsi.
4. In *Ichthyologia* nullam ipse elaboravi Methodum, verum Suam nobiscum communicavit summus nostri temporis Ichthyologus Cl. D. *Petr. Artedi*, *Suecus*, qui in distinguendis Generibus Piscium Naturalibus, & Specierum differentiis parem sui vix habuit. Hanc Curioso Lectori jam sisto, ut ideam totius operis heic videat. Plura Ill. Lect. brevi ab Eodem exspectabit, *Institutiones* nempe *totius Ichthyologiæ*.
5. Sunt qui putent *Zoologiam* minus *utilem* esse, quam reliquas Historiæ Naturalis partes, inprimis ad minutissima Animalcula quod attinet; sed si hucusque notissimorum tantummodo Insectorum Noxam, Utilitatem & Proprietates consideremus, facile apparebit, quantam utilitatem, eamque magni momenti futuram, affunderent ἰδιότητες eorum, quæ nondum probe cognita nobis sunt.
6. *Noxa* (5) Insectorum ex sequentibus satis superque patet: ex. gr. *Blatta* in Finlandia Russiaque & panes, & omnis generis vestimenta consumit, ita ut Incolæ intensissima hieme domicilia sua ad tempus relinquere coacti sint, usque dum frigore pereat. *Oestrum Lapponicum* tertiam circiter partem Cervorum Rangiferorum seu pecudum Lapponicarum, dum adhuc juvenes existunt, destruit. *Teredo Navium* quantum detrimentum navibus & palis attulerit, omnibus in confesso est. *Culices* quanta molestia homines & pecudes in provinciis Lapponiæ finitimis afficiant, dicere vix possum. *Grylli domestici*, notissimi illi murorum incolæ, quam molestum stridorem edant, & quam multas insomnes noctes dormituris creent, res notissima est. *Muscas domesticas*, in Finmarkia Norvegica, totas domos implevisse & nihil intactum reliquisse, ipse in itinere Lapponico vidi. *Pulices* Mulieribus, *Pediculi* Nautis & Militibus quantum laborem & molestiam multis in locis facescant, nulli non constat. Imo Quadrupedia quoque, Aves &c. propriis *pediculis* molestantur. *Acari* Insectorum minima animalcula, ipsa exanthemata corporis humani sæpissime causant. Quanto agmine *Locustæ Africanæ* paucis abhinc annis in quibusdam Europæ locis vegetabilia devastarint, & quanta strage *Erucæ papilionum* quotannis arborum folia exedant, notissimum est. *Gyrinus terrestris* Nostr. quomodo Plantarum Embryones tenellos primo vere destruat, Hortulani optime noscunt. *Dermestes* pretiosissimas pelles Quadrupedum & Avium miro modo dilacerat. *Oestrum Bovinum* molestia maxima defatigatos boves æstivo tempore afficit. Quam multos homines *Aranei* & *Scorpii* necarint, & *Tarantulæ* insaniâ affecerint, observationes Medicorum testantur, ut sexcenta ejusmodi præteream.
7. *Usus* (5) vero Insectorum maximos in arte Tinctoria præbent *Coccionella*, *Kermes*, *Gallæ* ab Ichneumonibus productæ. *Cantharidum* usus in Chirurgia, *Meloës* in Medicina, *Bombycum* in arte Textoria, mellis *Apum* in Oeconomia &c. notissimus est.
8. *Proprietates* (5) Insectorum qui considerare velit curiosus Scrutator, vix ullibi majori afficiatur voluptate. Examina modo: Rostrum *Curculionis*, Cornua *Lucani*, Antennas *Tragoceri*, Articulos *Meloës*, Alas *Forficulæ*, Plumas *Papilionis*, Oculos *Tabani*, Ventriculum *Ricini*, Aculeum *Crabronis*, Colorem *Cantharidis*, Elasticitatem *Notopedæ*, Stridorem *Grylli*, Odorem *Cimicis*, Exilitatem *Acari*, Coitum *Libellulæ*, Nidum *Ichneumonis*, Favos *Apum*, Hibernaculum *Oestri*, Ædificium *Vespæ*, Testam *Eremitæ*, Vitam *Ephemeræ*, Acervum *Formicæ*, Foveam *Formicæ-Leonis*, Telam *Aranei*, Natatum *Monoculi*, Cursum *Gyrini aqv.* Phosphorum *Lampyridis*, Scintillas *Scolopendræ*, Renovationem *Cancri*, Motum Spiralem *Erucæ ex Musca cærulea provenientis*, Vitam fere indestructibilem *Erucæ aquaticæ Tabani*, & Metamorphoses sic dictas fere omnium *Insectorum*.
9. Ova plurimorum Insectorum triplici Integumento obducuntur; abscedente Integumento Primo appellatur *Eruca*, Secundo *Propolis*, & Tertio tandem *Insectum* perfectum; hinc in ejusmodi ovis triplex exclusio Pulli.
10. In Tubo Intestinali Hommum tres Species animalium occurrunt, Lumbrici nempe, Ascarides, & Tæniæ. Quod *Lumbricus* intestinorum una eademque sit species cum Lumbrico terrestri vulgatissimo, monstrat figura omnium partium. Quod *Ascarides* iidem sint cum Lumbricis illis minutissimis, in locis palustribus ubique obviis, ex autopsia clarissime patet. *Tænia* hucusque pro specie parasitica habita est, quum in Hominibus, Canibus, Piscibus &c. frequentissime solitaria reperta fuerit, & maximum negotium illis facescat, qui in indaganda Generatione Animalium diligentem operam contulerunt. Ego vero in itinere Reuterholmiano-Dalekarlico Ann. 1734. constitutus in præsentia Septem Sociorum meorum hanc inter Ochram acidularem Jærnensem inveni, quod maxime miratus sum; quum aqua acidulari ejusmodi Tænias expellere plurimi tentant. Hinc sequitur Vermes non oriri ex ovis Insectorum, Muscarum & similium (quod si fieret nunquam multiplicari possent intra Tubum Intestinalem, & secundum gradus metamorphoses perirent) sed ex ovis vermium prædictorum, unà cum aqua bibendo haustis; unde patet medicamenta Insectis adversa non per consequens vermes necare.

CAROLI LINNÆI

I. QUADRUPEDIA.

Corpus hirsutum. *Pedes* quatuor. *Feminæ* viviparæ, lactiferæ.

Ordines.	Genera.	Characteres Generum.	Species.
ANTHROPOMORPHA. *Dentes primores 4. utrinque: vel nulli.*	Homo.	Nosce te ipsum.	H { Europæus albesc. / Americanus rubesc. / Asiaticus fuscus. / Africanus nigr.
	Simia.	ANTERIORES. POSTERIORES. *Digiti* 5. . . . . 5. Posteriores anterioribus similes.	Simia cauda carens. Papio. Satyrus. Cercopithecus. Cynocephalus.
	Bradypus.	*Digiti* 3. vel 2. . . 3.	Ai. *Ignavus.* Tardigradus.
FERÆ. *Dentes primores 6. utrinque: intermedii longiores: omnes acuti. Pedes multifidi, unguiculati.*	Ursus.	*Digiti* 5. . . . . 5. Scandens. *Mammæ* 4. (Ald.) *Calcaneis* insistit. *Pollex* extus positus.	Ursus. Coati *Mrg.* Wickhead *Angl.*
	Leo.	*Digiti* 5. . . . . 4. Scandens. *Mammæ* 2. ventrales. *Lingua* aculeata.	Leo.
	Tigris.	*Digiti* 5. . . . . 4. Scandens. *Mammæ* 4 umbilicales. *Lingua* aculeata.	Tigris. Panthera.
	Felis.	*Digiti* 5. . . . . 4 Scandens. *Mammæ* 8. sc. 4. pect. 4. abdom. *Lingua* aculeata.	Felis. Catus. Lynx.
	Mustela.	*Digiti* 5. . . . . 5. Scandens. *Dentes* molares 4. utrinque.	Martes. Zibelina. Viverra. Mustela. Putorius
	Didelphis.	*Digiti* 5. . . . . 5. *Mamma* 8. intra bursulam abdomin.	Philander. *Possum.*
	Lutra.	*Digiti* 5. . . . . 5. Palmipes.	Lutra.
	Odobænus.	*Digiti* 5. . . . . 5. Palmipes. *Dentes* intermedii superiores longiss.	Ross. *Morsus.*
	Phoca.	*Digiti* 5. . . . . 5. Palmipes. *Mammæ* duæ umbilicales.	Canis marinus.
	Hyæna.	*Digiti* 4. . . . . 4. *Collum* superne jubatum. *Cauda* brevis.	Hyæna *Veter.* *Vivam Londini nuper vidit & descripsit* ARTED.
	Canis.	*Digiti* 5. . . . . 4. *Mammæ* 10. sc. 4. pect. 6. abdom.	Canis. Lupus. Squillachi. Vulpes
	Meles.	*Digiti* 5. . . . . 5. *Ungues* medii digitis ipsis longiores. *Corpus* superne albicat: inferne nigricat.	Taxus Zibetha.
	Talpa.	*Digiti* 5. . . . . 5. *anteriores* maximi.	Talpa.
	Erinaceus.	*Digiti* 5. . . . . 5. *Spinis* vel *lorica* squamosa munitus.	Echinus terrestris. Armadillo.
	Vespertilio.	*Digiti* 5. . . . . 5. *Pes anticus* in alam expansus. *Mammæ* 2. pectorales.	Vespertilio. Felis volans *Sub.* Canis volans *Sol.* Glis volans *Seb.*
GLIRES. *Dentes primores 2. utrinque. Pedes multifidi.*	Hystrix.	*Aures* humanæ. *Corpus* spinosum.	Hystrix.
	Sciurus.	*Digiti* 4. . . . . 5. *Cauda* longissima lanigera.	Sciurus. . . . volans.
	Castor.	*Digiti* 5. . . . . 5. palmipes postice. *Cauda* horizontalis, plana, nuda.	Fiber.
	Mus.	*Digiti* 4. . . . . 5. *Cauda* teres, squamosa, hirsuta.	Rattus. Mus domesticus. . . brachiurus. . . macrourus. Lemures. Marmota.
	Lepus.	*Digiti* 5. . . . . 4. *Cauda* brevissima, villosa.	Lepus. Cuniculus.
	Sorex.	*Digiti.* 5. . . . . 5. *Dentes canini* adsunt.	Sorex.
JUMENTA. *Dentes primores incerti, obtusi. canini* exerti, validi.	Equus.	*Mammæ* 2. inguinales. *Pedes* integri.	Equus. Asinus. Onager. Zebra.
	Hippopotamus.	*Mammæ* 2 inguinales (*Arist.*) *Pedes* quadrifidi.	Equus marinus.
	Elephas.	*Mammæ* 2. pectorales. *Pedes* 5. callis instructi.	Elephas. ? Rhinoceros.
	Sus.	*Mammæ* 10. abdominales. *Pedes* biungulati: raro simplices.	Sus. Aper. Porcus. Barbyroussa. Tajacu.
PECORA. *Dentes primores inferiores tantum: Superiores nulli. Pedes ungulati.*	Camelus.	*Cornua* nulla.	Dromedarius. Bactrianus. Glama. Pacos.
	Cervus.	*Cornua* annua, primum pilosa. solida, ab apice crescentia. plurimis ramosa: feminis rara.	Camelopardalis. Capreа. Axis. Cervus. Platyceros. Rheno. *Rangifer.* Alces.
	Capra.	*Cornua* sursum versa. erecta, scabra.	Hircus. Ibex. Rupicapra. Strepsiceros. Gazella. Tragelaphus.
	Ovis.	*Cornua* retrorsum flexa intorta, rugosa.	Ovis vulgaris. . . Arabica. . . Africana. . . Angolensis.
	Bos.	*Cornua* antrorsum versa. lunulata, lævia.	Bos. Urus. Bison. Bubalus.

II. AVES.

Corpus plumosum. *Alæ* duæ. *Pedes* duo. *Rostrum* osseum. *Feminæ* oviparæ.

ACCIPITRES. *Rostrum* unciatum.	Psittacus.	*Digiti* pedis antici 2. postici 2.	Psittacus.
	Strix.	*Digiti* pedis antici 3. posticus 1. quorum extimus retrorsum flexilis.	Bubo. Otus. Noctua. Ulula.
	Falco.	*Digiti* pedis antici 3. posticus 1.	Aquila. Vultur. Buteo. Falco. Cyanopus. Milvus. Lanius. Pygargus. Nisus. Tinnunculus.
PICÆ. *Rostrum* superne compressum, convexum.	Paradisæa.	*Pennæ* 2. longissimæ, singulares, nec alis, nec uropygio infixæ.	Manucodiata. Avis Paradisiaca.
	Coracias.	*Pes* 4dact. *Rectrices* exteriores gradatim breviores.	Pica.
	Corvus.	*Pes* 4dact. *Rectrices* æquales.	Corvus. Cornix. Monedula. Lupus. Glandaria. Caryocatactes.
	Cuculus.	*Digiti* pedis antici 2. postici 2. *Rostrum* læve.	Cuculus. Torquilla s. Junx.
	Picus.	*Digiti* pedis antici 2. *Rostrum* angulatum.	Picus niger. . . . viridis. . . . varius.
	Certhia.	*Pes* 4dact. *Rostr.* gracile incurvum.	Certhia.
	Sitta.	*Pes* 4dact. *Rostr.* triangulare.	Picus cinereus.
	Upupa.	*Pes* 4dact. *Caput* plumis crislatum.	Upupa.
	Ispida.	*Pes* 4dact. cujus digitus extimus medio adnectitur tribus articulis.	Ispida. Merops.
MACRORHYNCHÆ. *Rostr.* longiss. acut.	Grus.	*Caput* cristatum.	Grus.
	Ciconia.	*Ungues* plani, subrotundi.	Ciconia.
	Ardea.	*Unguis* medius inferne serratus.	Ardea.
ANSERES. *Os* dentato-serratum.	Platelea.	*Rostr.* depresso-planum, *apice* subrot.	Platea.
	Pelecanus.	*Rostr.* depressum, *apice* unguiculato, inferne bursa instructum.	Onocrotalus.
	Cygnus.	*Rostr.* conico-convexum.	Olor. Elder. Anser. Anf. Bernicla.
	Anas.	*Rostr.* conico-depressum.	Anas fera. Glaucium. Boschas. *A. Domest.* Penelope. Querquedula.
	Mergus.	*Rostr.* cylindriforme, *apice* adunco.	Mergus. Merganser.
	Graculus.	*Rostr.* conicum, *apice* adunco.	Carbo aquat. Graculus aquat.
	Colymbus.	*Rostr.* subulatum. *Pedes* infra æquilibr.	Colymbus. C. minim. Podiceps. Arctica.
	Larus.	*Rostr.* subulatum. *Pedes* in æquilibr.	Cataracta. Larus. Sterna. Piscator.
SCOLOPACES. *Rostrum* cylindraceo-teretiusculum.	Hæmatopus.	*Pes* 3dact. *Rostri* apex compressus.	Pica marina.
	Charadrius.	*Pes* 3dact. *Rostri* apex teres.	Fluvialis. Hiaticula.
	Vanellus.	*Pes* 4dact *Rostrum* digitis brevius. *Caput* pennato cristatum.	Capella.
	Tringa.	*Pes* 4dact. *Rostrum* digitis brevius. *Caput* simplex.	Tringa. Ocrophus. Pugnax. Gallinula.
	Numenius.	*Pes* 4dact. *Rostrum* digitis longius.	Gallinago. Limosa. Arquata. Recurvirostra.
	Fulica.	*Pes* 4dact. *Digiti* membranis aucti. *Caput* carnoso-cristatum.	Gallinula aquatica.
GALLINÆ. *Rostrum* conico-incurvum.	Struthio.	*Pes* 2dact. absque postico.	Struthio-camelus.
	Casuarius.	*Pes* 3dact. absque postico. *Caput* galea & palearibus ornatum.	Emeu.
	Otis.	*Pes* 3dact. absque postico. *Caput* simplex.	Tarda.
	Pavo.	*Pes* 4dact. *Caput* corolla pennac. orn.	Pavo.
	Meleagris.	*Pes* 4dact. *Frons* papilla. *Gula* membranâ unicâ longitudinali instructa.	Gallopavo.
	Gallina.	*Pes* 4dact. *Frons* membrana serrata. *Gula* membr. duplici longitud. inst.	Gallina.
	Tetrao.	*Pes* 4dact. *Supercilia* papillosa nuda.	Phasianus. Urogallus. Tetrao. Bonasia. Lagopus. Perdix. Coturnix.
PASSERES. *Rostrum* conico-attenuatum.	Columba.	*Rostr.* rectum, ad basin furfuraceum. *Nares* oblongæ, membranula superne instructæ.	Columba. Turtur. Palumbus. Oenas.
	Turdus.	*Rostr.* parum convexum. *Plumæ* rostri basin tegunt.	Turdus. Merula.
	Sturnus.	*Rostr.* rectum subteres. *Lingua* bifida cornea.	Sturnus.
	Alauda.	*Ungues* digiti postici digitis ipsis longior.	Alauda.
	Motacilla.	*Rostr.* gracile. *Fauces* nigricant. *Lingua* apex bifidus laceratus.	Motacilla. Oenanthe. Merula aquatica.
	Luscinia.	*Rostr.* gracile rectum. *Lingua* apex bifidus laceratus.	Luscinia. Ficedula. Erithacus. Troglodytes. Carolina *Rudb.*
	Parus.	*Rostr.* gracile. *Lingua* apex truncatus, 4 setis instructus.	Parus. P. caudatus. . . cristatus.
	Hirundo.	*Rostr.* gracile, ad basin depressum, minimum: *rictu* amplissimo.	Hirundo. Caprimulgus.
	Loxia.	*Rostr.* crassum, magnum, breve, curvum, undique convexum.	Coccothraustes. Loxia. Pyrrhula.
	Ampelis.	*Rostr.* crassum, rectum. *Remigum* apices nonnulli membranacei.	Garrulus Bohem.
	Fringilla.	*Rostr.* crassum. *Maxilla* utraque alteram sinu quodam ad basin recipit.	Fringilla. Carduelis. Emberiza. Spinus. Passer.

III. AMPHIBIA.

Corpus nudum, vel squamosum. *Dentes molares* nulli: *reliqui* semper. *Pinnæ* nullæ.

SERPENTIA.	Testudo.	*Corpus* quadrupedium, caudatum, testa munitum.	Testudo testudinata. . . . terrestris. . . . marina. Luraria.
	Rana.	*Corpus* quadrupedium, cauda destitutum, squamis carens.	Bufo. Rana arborea. . . aquatica. . . Carolina.
	Lacerta.	*Corpus* quadrupedium, caudatum, squamosum.	Crocodilus. Allegator. Cordylus. Draco volans. Scincus. Salamandra aq. . . terrestris. Chamæleo. Seps. Senembi *Mrg.*
	Anguis.	*Corpus* apodum, teres, squamosum.	Vipera. Cæcilia. Aspis. Caudisona. Cobras de Cabelo. Anguis Æsculapii. Cenchris. Natrix. Hydrus.

AMPHIBIORUM Classem ulterius continuare noluit benignitas Creatoris; Ea enim si tot Generibus, quot reliquæ Animalium Classes comprehendunt, gauderet; vel si vera essent quæ de Draconibus, Basiliscis, ac ejusmodi monstris οἱ τέρατολόγοι fabulantur, certè humanum genus terram inhabitare vix posset.

PARADOXA.

HYDRA corpore anguino, pedibus duobus, collis septem, & totidem capitibus, alarum expers, asservatur Hamburgi, similitudinem referens Hydræ Apocalypticæ à S. JOANNE CAP. XII. & XIII. descriptæ. Eaque tanquam veri animalis speciem plurimis præbuit, sed falso. Natura sibi semper similis plura capita in uno corpore nunquam produxit naturaliter. Fraudem & artificium, cum Ipsi vidimus, dentes Ferino-mustelini, ab Amphibiorum dentibus diversi, facillime detexerunt.

RANA-PISCIS s. RANÆ IN PISCEM METAMORPHOSIS valdè paradoxa est, quum Natura mutationem Generis unius in aliam diversæ Classis non admittat. Ranæ, ut Amphibia omnia, pulmonibus gaudent & ossibus spinosis. Pisces spinosi, loco pulmonum, branchiis instruuntur. Ergo legi Naturæ contraria foret hæc mutatio. Si enim piscis hic instructus est branchiis, erit diversus à Rana & Amphibiis. Si verò pulmones, erit Lacerta: nam toto cælo à Chondropterygiis & Plagiuris differt.

MONOCEROS *Veterum*, corpore equino, pedibus ferinis; cornu recto, longo, spiraliter intorto, Pictorum figmentum est. MONODON *Artedi* ejusmodi cornu gerit, cæteris verò partibus multum differt.

PELECANUS rostro vulnus infligens femori suo, ut emanante sanguine sitim pullorum levet, fabulosè ab Iisdem traditur. Ansam fabulæ dedit saccus sub gula pendulus.

SATYRUS caudatus, hirsutus, barbatus, humanum referens corpus, gesticulationibus valde deditus, salacissimus, Simiæ species est, si unquam aliquis visus fuit. *Homines* quoque *Caudati*, de quibus recentiores peregrinatores multa narrant, ejusdem generis sunt.

BOROMETZ s. AGNUS SCYTHICUS plantis accensetur, & agno adsimilatur; cui caulis alterius plantæ è terra erumpens umbilicum intrat; idemque sanguine præditus à feris devorari temerè dicitur. Est autem artificiosè ex radicibus Filicinis Americanis compositus. Naturaliter autem est *Embryo Ovis* allegoricè descriptus, qui omnia data habet attributa.

PHOENIX, Avis species, cujus unicum in mundo individuum, & quæ decrepita ex ferali busto, quod sibi ex aromatibus struxerat, repuerascere fabulosè fertur, felicem subitura prioris vitæ periodum. Est verò PALMA DACTYLIFERA. vid. *Kæmpf.*

BERNICLA s. ANSER SCOTICUS & CONCHA ANATIFERA è lignis putridis in mare abjectis nasci à Veteribus creditur. Sed fucum imposuit *Lepas* interaneis suis penniformibus, & modo adhærendi, quasi verus ille anser *Bernicla* inde oriretur.

DRACO corpore anguino, duobus pedibus, duabus alis, Vespertilionis instar, est *Lacerta alata*, vel *Raja* per artem monstrose ficta, & siccata.

AUTOMA MORTIS Horologii minimi sonitum edens in parietibus, est *Pediculus pulsatorius* dictus, qui ligna perforat, eaque inhabitat.

REGNUM ANIMALE.

IV. PISCES.

Corpus apodum, pinnis veris instructum, nudum, vel squamosum.

PLAGIURI. *Cauda* horizontalis.	Thrichechus.	*Dentes* in utraque maxilla. *Dorsum* impenne.	Manatus s. *Vacca mar.*
	Catodon.	*Dentes* in inferiore maxilla. *Dorsum* impenne.	Cot. Fistula in rostro *Art.* Cete *Clus.*
	Monodon.	*Dens* in superiore max. 1. *Dorsum* impenne.	Monoceros. *Unicornu.*
	Balæna.	*Dentes* in sup. max. cornei. *Dorsum* sæpius impenne.	B. Groenland. B. Finfisch. B. Maxill. inf. latiore. *Art.*
	Delphinus.	*Dentes* in utraque maxilla. *Dorsum* pinnatum.	Orcha. Delphinus. Phocæna.
CHONDROPTERYGII. *Pinnæ* cartilagineæ.	Raja.	*Foramina* branch. utrinq. 5. *Corpus* depressum.	Raja clav. asp. læv. &c. Squatino-Raja. Altavela. Pastinaca mar. Aquila. Torpedo. Bos *Vet.*
	Squalus.	*Foram.* branch. utrinq. 5. *Corpus* oblongum.	Lamia. Galeus. Catulus. Vulpes mar. Zygæna. Squatina. Centrine. Pristis.
	Acipenser.	*Foram.* branch. utrinq. 1. *Os* edentul. tubulatum.	Sturio. Huso. *Ichthyocolla.*
	Petromyzon.	*Foram.* branch. utrinq. 7. *Corpus* bipenne.	Enneophthalmus. Lampetra. Mustela.
BRANCHIOSTEGI. *Pinnæ* ossic. carenes. *Branch* oss. & membran.	Lophius.	*Caput* magnitudine corporis. *Appendices* horizontaliter latera piscis ambiunt.	Rana piscatrix. Guacucuja.
	Cyclopterus.	*Pinnæ* ventrales in unicam circularem concretæ.	Lumpus. *Lepus mar.*
	Ostracion.	*Pinnæ* ventrales nullæ. *Cutis* dura, sæpe aculeata.	Orbis div. sp. Pisc. triangul. Atinga. Hystrix. Ostracion. Lagocephalus.
	Balistes.	*Dentes* contigui maximi. *Aculei* aliquot robusti in dorso.	Guaperua. Histrix. Capriscus. *Caper.*
ACANTHOPTERYGII. *Pinnæ* ossicæ, quarum quædam aculeatæ.	Gasterosteus.	*Membr. branch.* osseiculis 3. *Venter* laminis osseis instr.	Aculeatus. Spinachia. Pungitius.
	Zeus.	*Corpus* compressum. *Squamæ* subasperæ.	Aper. Faber. *Gallus mar.*
	Cottus.	*Membrana branch.* ossic. 6. *Caput* aculeatum, corpore latius.	Cataphractus. Scorpio mar. Cottus. *Gobio fl. capit.*
	Trigla.	*Appendices* ad pinn. pect. articulatæ 2 vel 3.	Lyra. Gurnardus. Cuculus. Lucerna. Hirundo. Milvus. Mullus barb. & imberb.
	Trachinus.	*Operula branch.* aculeata. *Oculi* vicini in vertice.	Draco. Araneus mar. Uranoscopus.
	Perca.	*Memb. branch.* ossicul. 7. *Pinnæ* dorsales. 1 vel 2.	Perca. Lucioperca. Cernua. Schraitser.
	Sparus.	*Opercula branch.* squamosa. *Labia* dentes tegunt. *Dentes* molares obtinet.	Salpa. Melanurus. Sparus. Sargus. Chromis. Mormyrus. Mæna. Smaris. Boops. Dentex. Erythrinus. Pagrus. Aurata. Cantharus.
	Labrus.	*Labia* crassa dentes teg. *Color* speciosus.	Julis. Sachettus. Turdus diversar. specier.
	Mugil.	*Memb. branch.* ossic. 6. *Caput* totum squamosum.	Mugil. *Cephalus.*
	Scomber.	*Memb. branch.* ossic. 7. *Pinnæ dorsi* 2 vel plures.	Glaucus. Amia. Scomber. Thynnus. Trachurus. *Saurus.*
	Xiphias.	*Rostrum* apice ensiformi. *Pinnæ ventrales* nullæ.	Gladius.
	Gobius.	*Pinnæ vent.* in 1 simpl. concr. *Squamæ* asperæ.	Gob. niger. Jozo. Paganellus. *Aphua.*
MALACOPTERYGII. *Pinnæ* ossicæ, quæ omnes molles.	Gymnotus.	*Membr. branch.* ossicul. 5. *Pinna* dorsalis nulla.	Carapo.
	Muræna.	*Membr. branch.* ossic. 10. *Tubuli* in apice rostri. 2.	Anguilla. Conger. Flura. Serpens mar.
	Blennus.	*Pinnæ ventr.* constant oss. 2. *Caput* admodum declive.	Alauda non crist. & galer. Blennus. Gattorugine.
	Gadus.	*Membr. branch.* ossic. 7. *Pinnæ* dorsi. 2 vel 3.	Asellus diversar. specier. Merluccius. Anthias 2dus. Mustela. Egrefinus.
	Pleuronectes.	*Membr. branch.* oss. 6. *Oculi* ambo in eodem later.	Rhombus diverf. specier. Passer. Limanda. Hippoglossus. Bugloss. Solea.
	Ammodytes.	*Membr. branch.* ossic. 7. *Pinnæ* ventr. nullæ.	Ammodytes. *Tobianus.*
	Coryphæna.	*Membr. branch.* ossic. 5. *Pinna* dorsi à capite ad caudam.	Hippurus. Pompilus. Novacula. *Pecten.*
	Echeneis.	*Striæ* transversæ, asperæ, in superna capitis parte.	Remora.
	Esox.	*Membr. branch.* ossic. 14.	Lucius. Belone. Acus maxima squamosa.
	Salmo.	*Membr. branch.* ossic. 10-12. *Corpus* maculosum.	Salmo. Trutta. Umbla. Carpio lacustr.
	Osmerus.	*Membr. branch.* ossic. 7--8. *Dentes* in max. lingu. palat.	Eperlanus. *Spirinchus.* Saurus.
	Coregonus.	*Membr. branch.* ossic. 8--10. *Appendix* pinniformis.	Albula. *Lavaretus.* Thymallus. Oxyrhynchus.
	Clupea.	*Membr. branch.* ossic. 8. *Venter* acutus serratus.	Harengus. Spratti. Encrasicholus. Alosa.
	Cyprinus.	*Membr. branch.* ossic. 3. *Dentes* ad orificium ventriculi tantum.	Erythrophthal. Mugil. fluv. Brama. Ballerus. Capito. Nasus. A. M. Carassius. Cypr. nobilis. Tinca. Barbus. Rutilus. Alburnus. Leuciscus. Phoxinus. Gobius fl.
	Cobitus.	*Caput* compressum. *Pinnæ* dorsi & ventrales eadem à rostro distantia.	Cobitis. Barbatula. Misgurn.
	Syngnathus.	*Operculæ branch.* ex lamina 1. *Maxillæ* à lateribus clausæ.	Acus lumbr. Acus *Aristot.* Hippocampus.

V. INSECTA.

Corpus crusta ossea cutis loco tectum. *Caput* antennis instructum.

COLEOPTERA. *Alæ* elytris duobus tectæ.		§. Facie externa facile disting.	
	Blatta.	*Elytra* concreta. *Alæ* nullæ. *Antennæ* truncatæ.	Scarab. tardipes. Blatta fœtida.
	Dytiscus.	*Pedes* postici remorum forma & usu. *Ant.* setaceæ. *Sterni* apex bifurcus.	Hydrocantharus. Scarab. aquaticus.
	Meloë.	*Elytra* mollia, flexilia, corpore breviora. *Ant.* moniliformes. *Ex* articulis oleum fundens.	Scarab. majalis. Scarab. unctuosus.
	Forficula.	*Elytra* brevissima, rigida. *Cauda* bifurca.	Staphylinus. Auricularia.
	Notopeda.	Positum in dorso *exsilit. Ant.* capillaceæ.	Scarab. elasticus.
	Mordella.	*Cauda* aculeo rigido simplici armata. *Ant.* setaceæ, breves.	Negatur ab *Aristotele.*
	Curculio.	*Rostrum* productum, teres, simplex. *Ant.* clavatæ in medio Rostri positæ.	Curculio.
	Buceros.	*Cornu* 1. simplex, rigidum, fixum. *Ant.* capitatæ, foliaceæ.	Rhinoceros. Scarab. monoceros.
	Lucanus.	*Cornua* 2. ramosa, rigida, mobilia. *Ant.* capitatæ, foliaceæ.	Cervus volans.
		§. Antennæ truncatæ.	
	Scarabæus.	*Ant.* clavatæ foliaceæ. *Cornua* nulla.	Scarab. pilularis. Melolontha. Dermestes.
	Dermestes.	*Ant.* clavatæ horizontaliter perfoliatæ. *Clypeus* planiusculus, emarginatus.	Cantharus fasciatus.
	Cassida.	*Ant.* clavato-subulatæ. *Clypeus* planus, antice rotundatus.	Scarab. clypeatus.
	Chrysomela.	*Ant.* simplices, clypeo longiores. *Corpus* subrotundum.	Cantharellus.
	Coccionella.	*Ant.* simplices, brevissimæ. *Corpus* hemisphæricum.	Cochinella vulg.
	Gyrinus.	*Ant.* simplices. *Corpus* breve. *Pedibus* posticis saliens.	Pulex aquaticus. Pulex plantarum.
	Necydalis.	*Ant.* clavato-productæ. *Clypeus* angustus, rotundatus.	Scarabæo-formica.
	Attalabus.	*Ant.* simplices, constructæ articulis orbicularibus, præter ultim. globosum.	Scarab. pratensis.
		§. Antennæ Setaceæ.	
	Cantharis.	*Clypeus* planus, margine undique promin. *Elytra* flexilia.	Cantharis *offic.*
	Carabus.	*Clypeus* fere planus, marg. prominente. *Elytra* fragilia.	Cantharus fœtidus. Cantharellus auratus.
	Cicindela.	*Clypeus* cylindraceus vel teres. *Forceps* oris prominens.	Cantharus Marianus.
	Leptura.	*Clypeus* subrotundus. *Pedes* longi. *Corpus* tenue acuminatum.	Scarab. tenuis.
	Cerambyx.	*Clypeus* ad latera mucrone prominet. *Ant.* corpus longitudine æquant, vel superant.	Capricornus.
	Buprestis.	*Clypeus* superne 2 punctis elevatis notatus.	Scarab. sylvaticus.
ANGIOPTERA. *Alæ* omnibus datæ, elytris destitutæ.	Papilio.	*Rostrum* spirale. *Alæ* 4.	Papilio alis erectis. Psyche--- planis. Phalæna-- compressis.
	Libellula.	*Cauda* foliosa. *Alæ* 4. expansæ.	Perla. Virgunculа.
	Ephemera.	*Cauda* setosa. *Alæ* 4. erectæ.	Musca Ephemera.
	Hemerobius.	*Cauda* setosa. *Alæ* 4. compressæ.	Phryganea.
	Panorpa.	*Cauda* cheliformis. *Alæ* 4. *Rostr.* corn.	Musca scorpiurus.
	Raphidia.	*Cauda* spinoso-setacea. *Alæ* 4. *Cap.* corn.	*Non depicta.*
	Apis.	*Cauda* aculeo simplici. *Alæ* 4.	Crabro. Vespa. Bombylius. Apis.
	Ichneumon.	*Cauda* aculeo partito. *Alæ* 4.	Ichneumon. Musca tripilis.
	Musca.	*Stylus* sub alis capitatus. *Alæ* 2.	Muscæ div. spec. Oestrum *Vet.* Oestrum *Lapponum.* Tabanus. Culex. Teredo nav. Tipula. Formica-leo.
HEMIPTERA. *Alæ* elytris destitutæ, Quibusdam tantum individuis concessæ.	Gryllus.	*Pedes* 6. *Alæ* 4. *superiores* crassiores.	Gryllus domesticus. Gryllo-talpa. Locusta. Mantis.
	Lampyris.	*Pedes* 6. *Clypeus* planus. *Alæ* 4.	Cicindela.
	Formica.	*Pedes* 6. *Alæ* 4. *Cauda* aculeum condit.	Formica.
	Cimex.	*Pedes* 6. *Alæ* 4. cruciferæ. *Rostrum* styliforme, rectum.	Cimex lectularius. Orsodachne. Tipula aquatica. Bruchus.
	Notonecta.	*Pedes* 6. quorum *postici* remorum figura & usu. *Alæ* 4. cruciferæ.	Notonecta aquatica.
	Nepa.	*Pedes* 4. *Frons* chelifera. *Al.* 4. crucif.	Scorpio aquat.
	Scorpio.	*Pedes* 8. *Frons* chelifera, aculeata. *Alæ* 4. laxæ.	Scorpio terrestris.
APTERA. *Alæ* nullæ.	Pediculus.	*Pedes* 6. *Antennæ* capite breviores.	Pediculus humanus. Ped. avium. Ped. piscium. Ped. pulsatorius.
	Pulex.	*Pedes* 6. saltatrices.	Pulex vulgaris.
	Monoculus.	*Pes* 1.? *Antennæ* bifidæ.	Pulex arboresc. *Swam.* *Monoculus Bradl.* *Apus Frisch.*
	Acarus.	*Pedes* 8. articulis 8 constantes. *Oculi* 2. *Ant.* minimæ.	Ricinus. Scorpio-araneus. Pedic. inguinalis. Pedic. Scarabæi. Pedic. Scabiei. Araneus coccineus.
	Araneus.	*Pedes* 8. *Oculi* communiter 8.	Araneus. Tarantula. Phalangium.
	Cancer.	*Pedes* 12. *priores* cheliformes.	Cancer. Astacus. Pagurus. Squilla. Majas. Eremita. Gammarus.
	Oniscus.	*Pedes* 14.	Asellus *Officin.* Asellus aquat.
	Scolopendria.	*Pedes* 20. & ultra.	Scolop. terrestris. Scolop. marina. Julus.

VI. VERMES.

Corporis *Musculi* ab una parte basi cuidam solidæ affixi.

REPTILIA. Nuda, artubus destituta.	Gordius.	*Corpus* filiforme, teres, simplex.	Seta aquatica. Vena Medina.
	Tænia.	*Corpus* fasciatum, planum, articulatum.	Lumbricus longus.
	Lumbricus.	*Corpus* teres, annulo prominenti cinctum.	Intestinum terræ. Lumbricus latus. Ascaris.
	Hirudo.	*Corpus* inferne planum, superne convex. tentaculis destitutum.	Sanguisuga.
	Limax.	*Corpus* inferne planum, superne conv. tentaculis instructum.	Limax.
TESTACEA. Habitaculo Lapideo instructa.	Cochlea.	*Testa* univalvis, spiralis, unilocularis.	Helix. Labyrinthus. Voluta. Cochlea varia. Buccinum. Lyra. Turbo. Cassida. Strombus. Fistula. Terebellum. Murex. Purpura. Aporrhais. Nerita. Trochus.
	Nautilus.	*Testa* univalvis, spiralis, multilocularis.	Nautilus. Orthoceros. Lituus.
	Cypræa.	*Testa* univalvis, convoluta, rima longitudinali.	Concha Veneris. Porcellana.
	Haliotis.	*Testa* univalvis, patula, leviter concava, perforata, ad angulum spiralis.	Auris marina.
	Patella.	*Testa* univalvis, concava, simplex.	Patella.
	Dentalium.	*Testa* univalvis, teres, simplex.	Dentalium. Entalium. Tubus vermicul.
	Concha.	*Testa* bivalvis.	Mytulus. Vulva marina. Pholus. Bucardium. Perna. Chama. Solenes. Tellina. Pinna. Ostrea. Pecten. Mitella. *Vomer.*
	Lepas.	*Testa* multivalvis. *Valvulæ* duabus plures.	Concha anatifera. Verruca testudin. Balanus marinus.
ZOOPHYTA. Artubus donata.	Tethys.	*Corpus* forma variabile, molle, nudum.	Tethya. Holothurium. Penna marina.
	Echinus.	*Corpus* subrotundum, testa tectum, aculeis armatum.	Echinus marinus.
	Asterias.	*Corpus* radiatum, corio tectum, scabrum.	Stella marina. Stella oligantis. St. pentactinoides. St. polyactinoid.
	Medusa.	*Corpus* orbiculatum, gelatinosum, subtus filamentosum.	Urtica marina. Urt. vermiformis. Urt. crinita. Urt. astrophyta.
	Sepia.	*Corpus* oblongum, interne osseum, anterius octo artubus donatum.	Sepia. Loligo.
	Microcosmus.	*Corpus* variis heterogeneis tectum.	Microcosm marin.

CAROLI LINNÆI, *SVECI*,

METHODUS

Juxta quam Physiologus accurate & feliciter concinnare potest Historiam cujuscunque Naturalis Subjecti, sequentibus hisce Paragraphis comprehensa.

I. NOMINA.

1. *Nomen Selectum*, genericum & specificum Authoris cujusdam, si quod tale, vel proprium.
2. *Synonyma* Systematicorum primariorum omnia.
3. . . . Authorum, si possit, omnium Veterum & Recentiorum.
4. . . . Nomen vernaculum, latino etiam idiomate translatum.
5. . . . Gentium variarum nomina: Græca præcipue.
6. *Etymologia* Nominum genericorum omnium (1-5).

II. THEORIA.

7. *Classes* & *Ordines* secundum Systemata selecta omnia.
8. *Genera* ad quæ, â variis & diversis Systematicis (7) relatum fuit Subjectum propositum.

III. GENUS.

9. *Character Naturalis*, omnes notas characteristicas possibiles exhibens.
10. . . . *Essentialis* notam generi maxime propriam tradens.
11. . . . *Artificialis*, genera in Systematibus (7) conjuncta distinguens.
12. *Hallucinationes* Authorum circa genus (8) ex dictis (9).
13. *Genus Naturale* demonstrabit. (9)
14. *Nomen Generis* (13) selectum (11) confirmabit, & cur alia rejiciat, indicet.

IV. SPECIES.

15. *Descriptio* perfectissima Subjecti tradatur, secundum omnes ejus partes externas.
16. *Species* generis propositi (13) omnes inventas recenseat.
17. *Differentias* omnes inter speciem propositam (1) & notas (16) exhibeat (15).
18. . . . primarias inde retineat, reliquas rejiciat.
19. . . . specificam Subjecti sui componat, & rationem facti quoad omne vocabulum (1) reddat.
20. *Variationes* speciei propositæ omnes apud Authores datas proponat.
21. . . . has sub naturali specie redigat cum ratione facti (15).

V. ATTRIBUTA.

22. *Tempus* productionis, incrementi, vigoris, copulæ, partus, decrementi, interitus.
23. *Locus natalis.* Regio, provincia.
24. . . . Longitudo & latitudo Loci.
25. . . . Clima, Solum.
26. *Vitæ.* Diæta, mores, affectus.
27. *Corporis* Anatomia, præsertim curiosa; & inspectio Microscopica.

VI. USUS.

28. *Usus œconomicus* actualis, possibilis, apud gentes varias.
29. . . *Diæteticus*, cum effectu, in corpore humano.
30. . . *Physicus*, cum agendi modo & principiis constitutivis.
31. . . *Chemicus* secundum principia constitutiva, igne separata.
32. . . *Medicus* in quibus morbis præcipue & verè, demonstratus ratione vel experientia.
33. . . . . Officinalis; quæ partes, præparata, compositiones.
34. . . . . exhibendi methodus optima, dosis, cautelæ.

VII. LITERARIA

35. *Inventor* cum loco & tempore.
36. *Historicæ Traditiones* de Subjecto variæ, jucundæ & gratæ.
37. *Superstitiosa* vana rejicienda.
38. *Poetica* egregia illustrantia.

LUGDUNI BATAVORUM,

Apud ANGELUM SYLVIUM. MDCCXXXVI.